



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Theodōritu Episkopu Kyru Kai Eyagriu Scholastiku  
Ekklesiastikē Istorìa, Eklogai Apo Tōn Istorion  
Philostorgiu Kai Theodōru**

**Theodoretus <Cyrrhensis>**

**Mogvntiae, 1679**

XXXIV. De Isaaco Monacho Constantinopolitano.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14162**



ρωσσεως ες πραξομαθιας. ο δ' ηκιστα δεί. *A* à te exigam. Tum ille minas neutriquam reformidans, interfice, inquit, si in verbis meis mendacium fuerit deprehensum.

## Κεφ. λβ.

Περί τῆς βρετανίαν ὁ σκυθίας ἰσχυροῦς παρρησίας.

**Κ**ΑΙ βρετανίων, παντοδαπῆ μὲν λαμπρυνόμηνος δόξης, πάσης δ' ἰσχυρίας τῶς πόλεις δεξιεραικῶς ἰθύνειν πεπιστευμένον, ἐπύρσειε τε τὸ ζήλω τὸ φρονημα, ἑτῆς τῆς δογματῶν διαφθορῆν, καὶ τῶς κῆ τῶν ἁγίων ἀδυναμίας τὴν ἀλαίαν ἠλεγξέ, καὶ μὴ ἔθειότατε δαείδ' ἐβόα, ἐλάληεν ἐν τοῖς μαρτυροῖς σε ἐναντίον βασιλέων, καὶ οὐκ ἠχυνόμην.

## Κεφ. λγ.

Περί τῆς κατὰ γότθων ἐλάλειος στρατοῦς, καὶ ὅπως ἐτίθει ἀσθενείας δικαιο.

**Ο**Δὲ τῶν συμβέβλων ἐκείνων τῶν δόξων καταφρονησας, τῶ μὲν στρατιῶν εἰς τῶν παρατάξιν ἀεὶ ἐπέμψεν αὐτὸς ἢ ἐν τινὴ κώμῃ καθήμηνος, τὴν νίκην ἀεὶ σέμνεν. οἱ δ' ἐφραλίωται τῶν βαρβάρων ἐκ ἐνεγκόντες τὴν ῥύμην, ἐπράποντο καὶ καλεκτείνοντο διωκόμενοι. καὶ οἱ μὲν ἐφυγον ἰσχυροῦς, οἱ δ' ἐκατακράτησαν ἐδύκων. καταλαβόντες δ' τὴν κώμην ἐκείνην οἱ βαρβάροι, ἐθαύσαν τὴν ἠπῆσαν μεμαθηκῶς ἐπειράθη λαθεῖν, πύρξιμα ἐκατόντες, ἐπέπρξαν σὺν τῇ κώμῃ καὶ τὸν τῆς ἀσθενείας ἀνίπαλον. ἔτω μὲν ἐν ἐκείνῳ, καὶ τῶ παρῶντι βίῳ ποίησεν ἕως ὧν ἐπλημμέλησεν.

## Κεφ. λδ.

Περί τῶν γότθων τῆς ἀρειανικῆς μετὰ λαχρὸν πλάνης.

**Ε**Γὼ δὲ ἀεὶ ἐργον νομίζω, διδάξαι τὰς ἀγνοήσας, ὅπως οἱ βαρβάροι τὴν ἀρειανικὴν εἰσεδέξαντο νόσον. ὅτε τὸν ἴσον διαβάλλες, πρὸς τὸν ἐλάλειον τὴν εἰρήνην ἐπέειπαντο, τμημαῦτα παρὰν ἀδύξιν ὁ δὲ συνυμνήσαντες τῶ βασιλεῖ πείσαν ἀπακοινωνήσαντες γότθους. πάλαι γὰρ τὰς τῆς θεογνωσίας ἀκτῆας δεξάμενοι, τοῖς ἀποστολικῶς ἐνεπέφοντο δόγμασι. βεβαυδίεραν γὰρ ἐφῆ, τὸ κοινὸν ἔφρονημα, τὴν εἰρήνην ἐργάσειαν ταύτην ἐπαύσας τὴν γνώμην

## CAP. XXXV.

De Vetraniis Episcopi Scythia in loquendo libertate.

**S**ED & Vetranio, vir omnium virtutum genere exornatus, qui totius Scythiae pontificatum gerebat, animum suum divino zelo succendit, & Valentem ob doctrinae pravitatem & ob iniquas Sanctorum vexationes, coram redarguit, cum sanctissimo Davide clamans: Loquebar de testimoniis tuis in conspectu Regum, & non confundebatur.

## CAP. XXXVI.

De expeditione Valentis adversus Gothos, & quales impietatis poenas dederit.

**V**ALENS, spretis optimis illis Confiliariis, exercitum quidem praemisit ad praelium: ipse vero in quadam vico residens, victoriam expectabat. Sed cum milites impetum Barbarorum sustinere non potuissent, in fugam versi sunt, & à Barbaris insequentibus caedebantur. Et ipsi quidem contentissimo cursu fugiebant: Barbari vero totis viribus instabant. Cumque ad vicum pervenissent, in quo Valens, audita suorum clade, occultare se nitebatur: injecto igne, illum pietatis hostem simul cum vico incendunt. Hoc modo Valens, in hac etiam vita scelerum suorum poenas dedit.

## CAP. XXXVII.

Quomodo Gothi in Arianam haeresin delapsi sint.

**E**GO vero operae pretium facturus mihi videor, si ignaros docuero, qualiter Barbari Arianam haeresin amplexi sint. Quo tempore Gothi Istrum trajicientes, foedus cum Valente percusserunt, abominandus ille Eudoxius, qui tum aderat, suggestit Imperatori, persuadendum esse Gothis, ut cum ipso communicarent: Nam cum diu antea divinae cognitionis radiis illustrati essent, in Apostolica doctrina semper fuerant innutriti. Quippe, ajebat Eudoxius, unius dogmatis comunio pacem firmiter efficit. Quod consilium cum approbasset